



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An vna sit tantum sapientia patris. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

non à se vel de se: & filius est Deus per se, & est per se, sed non à se vel de se: Hoc cōfirmantes verbis *Hilar. inter Hilarii*, qui filium nō à se, sed per se agere in lib. 9. *medium & de Trinit. ait: Naturæ, inquit, cui contra dicis hæc?* finem lib. 3.

retice, hæc vnitas est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agat, vt per se agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentem. Non à se agit, cū pater in eo manere monstratur. Per se agit, cum secundum natuitatem filii agit ipse quæ placita sunt. Infirmitus sit non à se agendo, nisi à Deo ipse ait: non sit vero in unitate naturæ, si quæ agit & in quibus placet, non per se agit, sicut ergo inquiunt, filius per se agit sed nō à se, ita & filius debet dici sapiens per se, sed non à se. Sic & ipse per se Deus est, vel esse dicendus est, vt aiunt, sed non à se, vel de se.

*An vna tantum sit sapientia patris?*

F *Quomodo nē*

POST hæc à quibusdam solet quæri, utrum vna tantum sit sapientia patris? Quod non esse nittundin probare tur, pbare hoc modo: Filius inquiunt, est sapientia quod non v- patris genita, qua pater sapiens non est. Est igitur vna tantum aliqua sapientia patris; qua sapiens non est. Est est sapientia autem & sapientia patris ingenita, & ea pater sapiens est. Est ergo quædā sapientia patris, qua sapiens est, & ipsa nō est illa sapientia patris, qua pater sapiens nō est. nō est ergo vna tantum sapientia patris. Itē sapientia ingenita est sapientia patris, & sapientia genita est sapientia patris: nō est autem sapientia ingenita, sapientia genita: nō est igitur vna tantum patris sapientia. Hec & his similia, tanquam sophistica & à veritate lög in qua, cūctisq; in Theologia peritis patēta abiciimus, respōso indigna aduertētes: Id ramenū adiicientes, qavna tantum sapientia patris, sed nō uno modo dicitur. Nā sapientia patris dicitur illa quā genuit, & sapientia patris dicitur ea quā sapiens est. Diuersa est ergo ratio his similio dicti. Illa n.dicitur patris, quia eā genuit: & ea līa, dicitur.

*Quod respō.*

*sione indi-*

*gna sint hæc*

*& his simi-*

*lio dicti. Illa n.*

*dicitur patris, quia eā genuit: & ea līa,*

*dicitur.*

dicitur sapiētia patris, quia ea sapit. Vna est tamen sapientia patris, quia sapientia genita est eadē sapientia, & ea qua sapiēs est; siue ea qua sapiens est intelligatur persona patris, siue essentia patris: qā persona patris quę intelligitur cum dicitur sapiētia ingenita, & persona filii quę significatur cū dicitur sapientia genitā, vna eademque sapientia est: quę essentia diuina intelligitur communis tribus personis.

*Quod in Trinitate est dilectio quę est Trinitas: & tamen spiritus S. est dilectio, quę non est Trinitas: nec ideo duas sunt dilectiones: ita & de sapientia.*

Et sicut in Trinitate dilectio est, quę est pater, filius, & spiritus S. quę est ipsa essentia Deitatis: & tamen spiritus S. dilectio est, quę non est pater vel filius: nec ideo duæ dilectiones sunt in Trinitate: quia dilectio non quę proprię spiritus sanct⁹ est, est dilectio quę Trinitas est: non tamen ipsa Trinitas est: sicut spiritus sanctus est essentia quę Trinitas est, non tamen ipsa Trinitas est: ita in Trinitate sapientia est, quę est pater & filius & spiritus S. quę est essentia diuina: & tamen filius est sapientia quę non est pater vel spiritus S. Nec ideo duæ sapientiæ ibi sunt: quia sapientia, quę proprie est filius, est sapientia, quę est Trinitas, ipsa tamen non est Trinitas: sicut filius est essentia quę est Trinitas, ipse tamen est Trinitas.

*Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem videtur debere dici, quod non sit diligens pater vel filius dilectione qua ab utroque procedit.*

H  
Præterea diligenter notandum est, quod ea ratione qua pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, videtur fore dicendū, quod pater non diligat filium, vel filius patrē ea dilectione qua ab utroque procedit, scilicet quę proprię spiritus sanctus